~~De cætero qui me nosti~~ Gessi equidem morem et gero hactenus, sed, fateor, non libenter, per exiguo cum fructu, profectu certè nullo. Tacui tamen, quoniam Ille fecit. de cætero, qui me nosti, facile conjeceris tot ægrarum noctium insomnia otiosum non evigilasse. Sane, cum maxime Medici quietem cerebro indicerent, non valui ipse mihimet imperare. Itaque ~~quae~~ qua ad Characterismum paucula præluseram, continua statim alluvione eam in molem ~~miratur~~ excrevisse miratus sum, ut justi quoque libelli vicem expletura sint. His tandem nonnullos varii Idiomatis conatus adjicere amicorum imperio persuadeor. Rogo te primum ecquid autor sis in propatulo tam prolixè ut insaniam. Deinde cum Typographo Middelburgensi quod iter ineundum ~~sit~~ censeas. Dum ista scribo, affertur altera eorum editio, quæ in Zelandiâ te obstetricante prodierunt. Ineptos homines! qui me ne convento quidem pro arbitrio hæc dispensant, neque errorum, quibus prior editio scatet, tollendorum copiam faciunt, cujus id maximè interest. Ecce, nunc præcipuè loci distantiâ deterreor, et nisi in singulas septimanas, singulos quaterniones mihimet corrigendos transmittere velint, certus sum vel supprimere hæc cætera, vel Batavis meis, qui ad manum sunt, excudenda tradere; quamquam non diffiteor Zelandi ~~Typos~~ Typi elegantiam non parum eò allici. Tu si ita tum est, et hæc tanti putas, in nunc quid faciendum censeas; quin Typographum ~~ut~~ ~~commoneas~~ quoque officii sui ut commoneas maximè expetiverim, quo nimirum hominem mihi tradas promptum magis et obsequentem. Vale Vir Doctissime, et me ama, qui te præter plurimos. Hagæ. 30. Octob. 1623.

C. Hugenius. (61).

I. Catsio.

De morbo, Catsi amicissime, condoles quam amicè, et malè sit mihi, nisi melius est a tali solatio. Equidem porrò curam vasculi hujus uni Figulo commisi quandoquidem res omnis Medica frustrà est. Lectionem parcius attingo; scriptionem oculi ferunt minus incommodè; nempe quà in eos, quasi in phialam, arena defluxit, segnius ista commovetur, quam si celerem rotatum imperes. Typographum adfore etiam ab aliis didici ~~[illegible]~~, quò scilicet litem ~~[illegible]~~ Amstelodamensi ~~[illegible]~~ cuidam intentet homini nequam et male feriato, qui de tuis nonnulla, et mea omnia, despectâ Privilegii autoritate, suis typis recudit.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/211

recudit. At ego alio nunc avellor, et Batavi mei, etiam
hac in urbe, operam suam oblaturi sunt, ex quo de nova
editione rumusculum accepere. Characteres item et
chartam et Tabellas aeneas quot, quales, quantas injunxero.
Solve, sis, nodum Doris; quod si simul et priora illa cum novis
edere animus ferat, censes obstare Autori Privilegium, quod
tertius, ipso non convento impetraverit? Aliunde sugge-
runt, egregium tibi lucellum ab editione Emblematum
obvenisse. Si verum narrant, quaeso nunc utine celaveris
amicos faciendae compendium: Fateor Operum talium digni-
tatem nihil non praecipui meruisse. At fallor tamen
aut ista Typographi aviditas ~~[illegible]~~ aliquo etiam mihi cessura
est ~~[illegible]~~, si ~~[illegible]~~ providé despicitur, cetteque tu seri, qui Tironem
utile dulci miscere docueris, qua re omne punctum ferri
ajunt. Si credis coram ista commodius tractatum iri,
urgeo ego uti ne literarum molestiam detrectes, quia spondeo
circa has tricas ultimam fore. Quid autem si Typographus
ante Comitia vestra incomen adoritur? Adde, quod quo propi-
us ad nos accedis, rarius te video, quae tua nunc circa Rempu-
blicam assidua exercitatio est. Itaque dum vacas (Citamen
hoc unquam) amicorum esto, hujus alterum ~~[illegible]~~ imprimi, qui
totus est et ubique ~~[illegible]~~.

Tuus.

8a Novembris 1623. C. Hugenius

R. Thorio

Clarissime Thori. (62)

Testabuntur ij maxime, quibus circa rem literariam fami-
liarissime utor, quam quotidianus mihi de Te sermo est,
quam assiduus de probitate item tua atque doctrina. Cave
mireris tamen vel succenseas, quod tanto mensium inter-
vallo, calamus te iste, nisi per fidei commissum non salu-
taverit: recordare potius, quod cum eadem in Urbe et vicini
viveremus, obtundere amicos vanis alloquiis non mei moris
erat, eos praecipue, quibus tam iuge negotium diem in tot frusta
concidit. Nunc quoque non insolens magis, quam invitus
te compello. In causa morbus est mi Thori, quo adigente
quantum usquam est opis aut operae, nihil intentatum relinquo.
Ille autem a Catarro est iterum, non illo quidem, sicut
olim in aurem, sed quod magis fortasse miserum, in ocu-
lum utrumque. Anni sunt, ex quo varia illis fantasmata
aut

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/211